

D. JOHANNI BUSÆO, Theologo Societatis Jesu,
Professori Academia Moguntinensis.

De No 1592.

211

Lictius, doctissime Busæe, libellus, quem nuper ex thermis Stra-
tensibus rediens Moguntia tibi in colloquio promittebam, ad man-
fuit, et mittendi occasio non defuisset, citius misissem et scri-
psissem: licet, ut quod res est, fatear, occupationibus simul variis
magisq; necessariis ab hoc sim impeditus officio, quæ ne nunc qui-
dem ita, ut cogitabam, voluntati obtemperare. me sinunt. Recor-
dor non semel humanitatem illam, quam in te vidi singularem,
qui mihi peregrino importune forsitan te interpellandi, ac domum
vestram ordinemq; videre cupienti, præbita etiam destra, non
solum gratificabar libenter, sed et de rebus variis, quæ voxor
inter nos movebantur, eâ respondebas moderatione, cujus ego
te nomine, licet professione Jesuitam et religione alienam, nostris
hominibus commendavi plurimum, ceterisq; adversariis nostris ante-
pono longissime. Deus bone, si illum tuum medicum Gerlachium,
si furiosam Huberum, vel alium quemvis Cycloperum ubiquitarium
sic convenissem, ut te, si ita sermones cum eo fecissem, ut te
quo ne is vultu salutasset? quibus deperum modis dimisisset? si sa-
lutasset tamen, et dimisisset, ut est hominum truculenta intemperies.
Ita n. istis nunc sunt mores, ut insitiâ simul et malitiâ causa ani-
miquæ ad audaciam eos armante, quæ quisq; est indoctior, vel perdi-
ta causa conscientia torquetur magis, eò sit ad debauchandum
impudentior et in congressibus inhumanior. Sed missis istis Contra-
riis, ad te ut redeam, humanissime Busæe, tuam ego moderatio-
nem illam, quoniam valde me delectabat, tibi etiam celebraturus
prolixè, simulq; in mentem revocaturus colloquium totum, necnon
eam partem, quæ de scriptura sacra perspicuitate et perfectione in-
sententiis, quæ ad fidem et mores, universanq; salutem nostram per-
tinentibus, extrema nobis fuit: ac breviter cetera etiam suppletur.

qua tunc ad navim citò nimis me horâ pertepere non licebat
de Ecclesia descriptione et notis propriis; de Sacramentorum essentia
vi, usû, et numero, deq; justificationis nostra coram Deo materia
et formâ. Ad quatuor n. hæc capita, meminî me tunc fortè revo-
care controversias, qua nobis vobiscum sunt, omnes: Nec dubitavi
argumentum hoc tibi futurum fuisse, vel etiam deinceps fore mihi
tò jucundissimum. Verum in presentia, quando gravioribus, ut
Ecclesia et schola negotiis distineor, gerendi necessitat, mos est
tuncq; illud in tempus aliud commodius differendum. Interim

* Germ: Guldsm. Olli-
not de morte (hi-
sti.

data, quâ me exsolvam; Ex tibi, nisi Busee*, Margaritam hanc
meam, sed ærovropicos nuper à me editam, quod non liberet nome-
Harpyis lacerandum, sed rem ipsam disceptandam objicere. At non

* Germ: Guldsm. Olli-
Ambergensium (u-
theranorium.

nescias fragmentum esse Scala illius septigradae ubiquitariae
juxteam verius dixissem: si fortè vidisti, scholis meis nuper
communite, seorsum editum, ut à pluribus hoc argumentum
legi posset, de quo recens admodum à spiritibus ubiquitariis nobis re-
ta lis est: ut est hoc hominum gens imis et summis turbandi-
natum, quasi absq; hac Ecclesia non fuisset turbatum satis. Ve-
bis, nisi fallor, ita explicatum à me esse ac pertractatum hoc
caput, ut consensus in eo Scripturae Sacrae, Patrum sanctorum
non Scholasticorum saniorum et Theologorum omnium ad hæc
usq; tempora omnibus liquidè appareat. Est verò illud de redemp-
tione generis humani per Christi mortem, sitne ea omnium pro-
mixue fidelium juxta ac infidelium? an verò fidelium tantum
et quatenus? In quem sermonem meministi nos primò statim
cidere, cum tu de Gerlachio illo mastige tuo fortè querimoniam
faceres. Agebam tunc ego, de eo, quantum opinor, consensus
ter nos et vos esse, quod non dubitem, Patrum et Scholasticorum
vos retinere sententiam, quam et nos sequamur. Tu contra
versum Tibi videri, quia opinione tua Heidelbergenses simpli-
citer negent, Christum pro omnibus mortuum, statuant verò
tuum pro

299
tum pro paucis tantum aliquibus. Hac tu. Mirari ego, te tantum. The-
ologum calumniis adversariorum stare, quod vulgus afolet, nec potius
ex nostrorum scriptis de nobis iudicium facere, qui minimè inficias
eamus, Christum pro omnibus mortuum, cum Scriptura ter quaterve
diserte id confirmet: sed distinctè utrinque doceamus: pro omnibus
mortuum esse sufficientià solus seu meriti: et non pro omnibus,
sed pro solis credentibus efficaciam et applicationem ejusdem. Tu rursus,
agnoscere te distinctionem receptam, sed rectè intelligendam
esse. Et quomodo, inquam ego, aliter, quam à nobis intelligitur?
Tu Christum pro omnium peccatis sufficientem solus dependisse,
quod omnes servaret, si omnes vellet credere, et servari: quod
multi non servantur, ipsorum vitio fieri, qui credere et ser-
vari nolint. Ego accipere explicationem et demò consensum
ostendere, nisi quod tu videreris, secus quam nos cum Scripturâ
facimus, credendi facultatem à voluntate seu arbitrio hominis
suspendere; quod ipsum tamen cum tu negares, et fidem donum
dei fatereris, licet aliquid de corruptis vociis subjicerem, ac
productâ Lanisiana fidei descriptione monerem, non esse do-
num gregarium in medio positum, ut sunt multa; cibis, potibus,
sanitas, vita etc. ne in disputationem hanc graviolem tunc
delaberemur, acquiesci: et sic rem se habere, libello misso me
testatum facturum recepi. Cum igitur nunc accipe, perolve,
iudica: si neque te vernaculi nostri sermonis ignarum puto: et
vide, an non satis consentiant omnia; imò si quicquam à ho-
mana vestra Ecclesia alienum deprehendes decretis, id cupio
libenter mihi ostendas. Hoc scio, primùm te observaturam, verè
me confirmasse, Heidelbergenses nec latum unguem hinc discedere
à vestigijs Scripturæ et pædæ vetustatis, cum docent: ita mortuum
esse Christum pro omnibus, ut tamen mortis beneficia solis obtin-
gant credentibus, quod Augustinus sic explicavit: Mortem Christi
esse redemptionem totius mundi, quod ad magnitudinem et potentiam

pretii abinet: sed quia plurimi hoc seculum sine fide pertranse-
unt, plurimos redemptionis alienos esse. Proprietatem vero redem-
tionis penes illos esse, de quibus Princeps mundi missus est foras, et
jam non sunt vasa diaboli, sed membra sunt Christi, cujus mors
non ita sit impensa generi humano, ut ad redemptionem eorum
qui regenerandi non erant, pertinerent. Lombardus autem vester
brevius sic: Christum se deo Trinitati obtulisse pro omnibus, quan-
tum ad pretii sufficientiam: sed pro electis tantum, quantum ad
pretii sufficientiam efficaciam; quia predestinatis tantum sa-
lutem effecerit. Deinde atrocem hanc esse calumniam Ubique
fistarum, et populare mendacium, nos absolute negare, Christum
esse mortuum pro omnibus, eo quod salutaria effecta mortis
Christi ad credentes restringimus. Nam et illud fatemur cum
Scriptura, et hoc ex eadem docemus. Denique nihil in hoc certu-
mine à Beza, Gryndo, Foscano vel quovis nostrum alio re-
prehendi, nisi rapacior Schmidlini, Huberi et similitum,
vobis ipsis haud dubie intolerandum, Christum etiam quoad
efficaciam pro infidelibus esse, ac pro fidelibus mortuum esse, li-
cet irrito eventum. Aperte enim scribunt, non solos credentes, sed
etiam incredulos, ipsosque damnatos jam olim et damnandos
canes et porcinos, adde et demones, Christi morte semel redemptos
in sinum et gratiam Dei repositos, justificatos, sanctificatos
et servatos esse: sed infidelitate denuo gratiam et sinum Dei
excidere, iterumque perire. Sic geminam fingunt redemptionem
geminam remissionem peccatorum, justificationem et salutem
generalem unam, Petro et fidei communem sed irritam: specia-
lem alteram, fidelibus propriam et ratam. Quam sit hoc au-
dax et turpe commentum, nemo non intelligit, qui vel extre-
ma rudimenta doctrinae Christianae recte delibavit, et capite X. nostrae
Diatribes prolixè à me demonstratum videbit. Haec ergo summa: qui
seus de nobis vel sentiunt vel scribunt, aut errant pueriliter, aut ma-
litosè sunt injurii.

Quid tu verò

350

Quid tu verò, inquis, ista ad me? Scio equidem, mi Bussæ, ad no-
veream me querelas deferre, vosq; in sinum gaudere dissidiis no-
stris. Sed n. veritas idè non cessat esse veritas, quod contradictionem
patitur; nec controversiæ nostræ causam vestram meliorem fa-
ciunt. Dabunt poenas deo dissidiorum authores. Ad te hæc scripsi,
non tam nostri purgandi, quam falsam tibi opinionem minuendi
causâ, ostendendiq; consensus in eo, in quo est. At si n. in coe-
teris, quæ ad religionem pertinent tantâ sententiarum discre-
pantiâ separati sumus, ut nisi vos desertâ vestrâ hierarchiâ
Babylone ad humilem Christum ꝑ. cuius nominis quasi nimis tri-
ti, et ipsa hominum facie digni pudere vos videtur. ꝑ. transeat, et
ac desinat originis labem elevare, vires et merita hominis
extollere, gratiam dei eludere, vel saltem obscurare, Christo colle-
gas dare, Ecclesiam regnam Pontificis Romani facere, bicipi-
tem eam fingere, mortuos invocare, statuas colere, sacramenta
in idola transformare, et si quibus præterea institutis non tam
à nobis, quam à scriptura sacra et verâ Christi Ecclesiâ
toto caelo dissidetis: vix ulla speranda pax sit atq; concordia,
quantum tamen ejus fieri potest, omnes sumâ ope in id eriti
debet, ut dissensiones de religione minuantur quam maxime,
et ubi consensus in vero est vel esse potest, cum omnibus is sanc-
atur ac foveatur, ut Ecclesie vulnera leniantur, et via ad so-
lidiorum diadema pareatur, cequando det deus misericors,
ut positis dissidiis unum hinc sentiamus in Christo, qui isthinc unum
esse desideramus in deo. Præter summum fidei nostræ caput de
S. Trinitate, video nos tò ev' ἑπορῶντας in duobus magnis ^{consensu inter ortho-} duxos et pontifi-
cibus.
fundamenti articulis: de personali duarum naturarum in
Christo unione, et de efficaciâ mortis Christi; contra ubiquita-
riam faciem utriusq;. de priore n. nihil suis discrepans. Nam
Lombardicam Bellarmini subtilitatem πρὸς προβρομύδους τῆς
ἑξ' ἁγίου πνεύματος tantum non estimo. Nec de posteriore aliquid.

Nam quod idem Bellarminus Christum damnatorum poenas per-
tulisse negat, cum ad genus passionis, quam ad mortis efficien-
tiam potius spectet, consensus non tollit, nec tibi etiam omnino
probari credo: si modo ab inferorum poenis per Christum te
liberatum esse non ambigis vel negas. Efficaciam ergo seu be-
neficia mortis Christi ad solos credentes transire, nobiscum per-
tuis, iuxta apertum Evangelii pulcrum. Qui credit in filium Dei
habet vitam eternam: qui non credit Filio, non videbit vitam
sed ira Dei manet super eo. Quidni igitur à conjugatis sic etiam
statuis, solâ fide hanc efficaciam seu beneficia apprehendi?
etiam in coeteris ad solidam officii Christi gloriam pertinentibus
sacrarum literarum vocem solam auctoritas? sic tibi, mi Bussio
quadraginta annorum lectis inter decretalium et traditionum
humanarum quisquiliis minime peribit. Revoca quæso in mem-
oriam et ruminata vel unicum illud argumentum, quo Scriptura *ἐπιπέτα*
καὶ πλάγῳ simul nâper sic vindicari à me audivisti, ut ni-
hil haberes cum tuis sociis, quod objiceres pro clypeo. Cujus, in-
quam, omnes partes essentielles sunt plana et perfecta, id ipsum
totum planum et perfectum sit, necesse est. Scriptura sacra
partes essentielles sunt lex et Evangelium, quod tu in æternam
frustra negabis, cum quicquid illa continet et tradit, vel legalis
sit vel Evangelica doctrina, vel certe ad utramvis pertinens.
Quid verò habes, quod in legis sâma desideres? Dilige Dominum
Deum tuum ex tota corde etc. Quid in sâma Evangelii? Qui cre-
dit in Filium Dei habet vitam eternam etc. sive de Clari-
sive de integritate sit quæstio. Sed de his satis.
Lexi Gerlachianam refutationem contra te, id est, furiosam
mâncionis maledicta. Hæcine verò tandem erit Deodoye
an verò *ὀρθόδοξος*, si ita pergent *ἑρπύλλαι* in se mutuo
despumare salivam suam virulentissimam? Tua verò non vidi. Vides
ubi eum presseris et quorsum adegeris. Contendit humanitatem
in útero

Sacra Scriptura
perspicuitas et
perfectio.

251
in utero matris evectam esse ad dextram dei vi unionis, & negat
tamen ad eam ibi sedisse. Hoc non pugnare vel secum, vel cum fra-
terculorum placitis, ne à se unionem cum sessione, confundi, probat
testimonio Schmidini et Apologetarum Erfurtensium: quam verò
bellè? quam scitè quatuor tua eladit argumenta, quibz ex eius
vòdèdes ubiuitatem carnis in ipso utero matris evicisti? Vide
quid ei extorseris, caenam essentiali suà virtute omnipresenti
Filio Dei ubiqz presentem fuisse, licet non actù. Jam ergò omni-
presentia erit essentialis carnis virtus: quod certè Hunnig & alii
Catholici fratres in isto non ferent, qui Korollar essentialem
esse negant. Et quid ille garrit de presentia non actù, qualis
neg, est neg, fingi potest, cum presentia sit rei presentis actus?
Perge per Christi gloriam eos ex his latebris in aspectum pro-
trahere, ut tandem ubiuitas nusquam sit actù et nusquam sese
jaetet. Adderem ego tuis arictibz: ne sub clypeo actus diutius
lateret. Formam specificam unionis à primo conceptionis
articulo fuisse actù: ad eam cum illi jam olim preter alia
idionata divina requirant etiam omnipresentiam carnis,
non posse igitur, quin vel omnipresentiam carnis etiam in
utero matris actù fuisse concedant, vel unionem ipsam tunc actù
fuisse negent. Verum hoc tu, mi Busse, nullo moneute intelligis,
& defendes optinè. Vides, quam non sim alienus abs te propter uni-
cum illum congressum. Fac quæso amplij te diligam, eaqz quam
in te predicavi, humanitate vicissim responde. si durissimè
quid videbitur, pro eadem illa agnosce et candori adscribe. Nam
Ardoplar, ut non audio libenter, ita nec facio cuiquam. De D.
Burggravio Alzano meministi, qualia tunc ex me quæsie-
ris. Nunc presentia eius calumnias facile refutat, quibz tamen
non puto te fidem habuisse. Exemplar tabule in Auditorij vestrij
suspensa, leyes vestras, nisi fallor, typis descriptas continentis

una cum ordine lectione Cassicarium, si grave non sit,
mitti mihi abs te velim. Tu vicissim Collegii nostri statuta
accipies à me, ubi voles. Bene vale. Heidelbergae Calend.
Octobris Anno 1592. Juliano.

292)

D. Ludovico Comiti Witgenstenio, Magno Archicamerario
Palatinae Magistro.

Ubi, Illustris et Generose Comes, quaestio de homicidijs, quae capi-
talia fuerint lege Dei, qua recas: ad forum duntaxat Mosaicum
pertinere videtur, et nostri Iudices non Mosaicæ, sed sua
sua legibus iudicare debent: tamen cum lex homicidiorum jam
tum ante divisionem gentium ab ipso mox diluvio à deo pro-
mulgata, postea vero genti Judaicae commendata definitaque
varijs circumstantijs ad iudicij rigorem et exactitudinem pertinet
sibus: dubium esse non potest, quin ex ipsius natura communis
justitiae et aequitatis fonte ortum suum habeat, eoque pro
vicinissima juris nostri positivi regula merito censeatur.
Rectè igitur faciunt Christiani Magistratus diligenter inquirere,
rentes, omnino an aliqua homicidia, et si aliqua tantum
quoniam lege divina alim capitalia fuerint? Quamquam
de hac quaestione Theologi non pauci, et in his Wolfgangus
Musculus eruditè et diligenter passim disseruerint; unquam
tamen vir iste doctissimus quisquis sit, cujus iudicium Illustris
Generositas Tua ad me misit, rem totam quasi compendio,
cap: XXI. Exodi et Cap: XXXV. Numer: tanquam ex proprijs
argumentis sedibus videtur comprehendisse: quibus proinde omnino
ego quoque subscribere non debito, si pauca quaedam vel addenda
alicubi vel explicentur plenig. Ac primum iudico omne ho-
micidium sive eadem peccatum esse, neque has voces unquam
in laude poni debere. Quaestio igitur non est, utrum omne ho-
micidium sit peccatum. Cum n. omne homicidium seu cedes
lege Dei